

fol. 100<sup>r</sup>

Johann von Mecheln

thematē sumpsit verba ewangelii pro tunc instantis dominice scripta Luce  
xiiii<sup>o</sup> capitulo, hic videlicet „vocavit multos“<sup>105 w)</sup>

x) Anno domini 1432<sup>o</sup> in crastino Marie Magdalene [23. Juli] magister Iohannes de Bruxella rector immediate precedens plenariam fecit computationem de omnibus perceptis et expositis per eum in suo rectoratu et hincinde defalcatis remansit prefatus magister Iohannes universitati obligatus eciam pedello expedito in xxxiiii florenis Renensibus, de quibus ad statim satisfecit presentibus honorabilibus magistro Iohanne Platen de Friedeberg in sacra theologia, y) domino Bertholomeo de Sancto Trudone de cretorum doctore y), magistro Gerhardo de Hoenkirchen in medicina doctoribus, magistro Henrico<sup>z)</sup> de Lympurg decano pro tunc facultatis arcium, magistro Wilhelmo de Lyra in theologia licenciato, magistro Iohanne Kraenfusz in theologia baccalario nec non magistro Rudolffo de Bruxella in theologia baccalario una cum rectore. Verum quod plura pignora restant de rectoratu Rysen, de quibus universitas suam partem habebit.

a) b) **Rector universitatis**<sup>b)</sup>

Vobis omnibus et singulis doctoribus, magistris, nobilibus, licenciatis, baccalariis ceterisque nostre universitatis suppositis districte precipiendo mandamus, quatenus cras [8. Oktober] hora octava conveniatis apud Sanctum Spiritum intersitisque misse ibidem decantande pro anima felicitis recordacionis magistri Theodrici de Wesalia doctoris in medicina predigni sub pena duorum solidorum irremissibiliter persolvendorum. Datum anno domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> xxxii mensis octobris die septima nostri rectoratus sub sigillo.

25

[1432 Dezember]

[100v] <sup>c)</sup> **Rectoratus magistri Radulphi de Bruxella baccalarii in sacra theologia**

Anno domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> xxxii<sup>o</sup> in vigilia beati Thome apostoli facta congregacione per iuramentum dominorum doctorum et magistrorum per hono-

<sup>w)</sup> ca. 4 ZZ. frei A <sup>x)</sup> Handw. A <sup>y)...</sup> wohl von der im folgenden schreibenden Hd. am Ende des Abschnitts mit Verweiszeichen nachgetr. A <sup>z)</sup> Iohanne korr. A <sup>a)</sup> Handw. A <sup>b)...</sup> wohl zwischen den ZZ. nachgetr. A <sup>c)</sup> Handw. A

<sup>105</sup> Lc 14, 16

278